CALENDARIUM FESTORUM.

Quæ Diœcesi Quebecensi sunt propria, & aliorum quæ, quoad Rubricas, ab ordine Breviarii aut Missalis Romani, saltem in quibusdam Editionibus, differunt.

3 Decembris, S. Franciſci-Xaverii, Confeſſoris, ſecundi Patroni hujus Diœceſis. Duplex majus. In I Nocturno Officii, Lectiones *de Libro Eccleſiaſtici*, *Beatus vir*, &c. ut in Communi 2°. loco. Cætera, ut in Proprio aſſignantur. Ad Miſſam, *Credo*.

8 Decembris, Conceptio B. M. V. Titulus principalis Eccleſiæ Cathedralis. Duplex primæ claſſis. Omnia ut in Breviario, abſque Commemoratione Feſti præcedentis, nempe S. Ambroſii.

19 Martii, S. Joſeph, Sponſi B. M. V. Confeſſoris, principalis Patroni hujus Diœceſis. Duplex primæ claſſis. Ad Miſſam, *Credo*.

Dominicâ tertiâ poſt Paſcha, Feſtum S. Familiæ Jeſu, Mariæ & Joſeph. Duplex ſecundæ claſſis, ſinè Octavâ in Eccleſiis quarum non eſt Titularis. Officium & Miſſa ut in proprio codice.

5 Maii, S. Pii V. Papæ & Confeſſoris. Duplex. Miſſa *Statuit*.

25 Maii, S. Gregorii VII. Papæ & Confeſſoris. Duplex. Omnia de Communi Confeſſoris-Pontificis. Oratio, *Exaudi, quæſumus*, &c. ut in eodem Communi. Lectiones, in I Nocturno, de Scripturâ occurrente; in II Nocturno, *Beati Patris*, &c. ut in Communi 2°. loco; in III Nocturno, Homilia in Evangelium *Vigilate*, &c. ut in eodem Communi 2°. loco. 9ª. Lectio de S. Urbano, Papâ & Martyre, ut in Breviario, cum Commemoratione ejuſdem in primis Veſperis, Laudibus & Miſſâ. Miſſa, *Sacerdotes*.

27 Maii, S. Mariæ-Magdalenæ de Pazzis, Virginis. Semiduplex. 9ª. Lectio de S. Joanne, Papâ & Martyre, & Commemoratio ejuſdem in primis Veſperis, Laudibus & Miſſâ.

Dominicâ ſecundâ in menſe Julio, Anniverſarium Dedicationis Cathedralis Eccleſiæ, cæterarumque Eccleſiarum hujus Diœceſis. Duplex primæ claſſis, cum Octavâ.

19 Julii, S. Vincentii à Paulo, Confeſſoris. Duplex.

26 Julii, S. Annæ, Matris B. M. V. Duplex majus.

Dominicâ primâ poſt diem 14 Auguſti, Feſtum Aſſumptionis B. M. V. Duplex primæ claſſis, cum Vigiliâ & Octavâ. De Vigiliâ Aſſumptionis fit Officium vel Commemoratio die quo occurrit, juxta Rubricas Generales Breviarii. Si facienda ſit tantùm Commemoratio de eâ, fiat ut in Proprio Sanctorum ſub die 14 Auguſti; ſi verò Officium dicatur de Vigiliâ, 2ª & 3ª. Lectio ſumantur ex Homiliâ Venerabilis Bedæ, ut in Dedicatione S. Mariæ ad Nives. Ad Miſſam Vigiliæ, 2ª. Oratio *de Spiritu Sancto*, & 3ª. *Eccleſiæ* vel *pro Papâ*. Quando autem Vigilia occurrit in alterâ die quàm prædictâ 14 Auguſti, tunc in Officio quintæ diei infra Octavam S. Laurentii 8ª. Lectio dividitur in duas, 8ªm. ſcilicèt & 9ªm.; quæ 8ª. Lectio terminatur ante

hæc verba, *Certè inquiunt.* In die Festi Assumptionis, Officium dicitur ut in Proprio hujus Festi; & fit Commemoratio de Dominicâ occurrente, de die quoque Octavâ S. Laurentii quando Festum Assumptionis occurrit 17ª. Augusti, in utrisque Vesperis & Laudibus, cum 9ª. Lectione ejusdem Dominicæ. Cùm autem Festum Assumptionis venerit post diem 15ªm. Augusti, hâc die 15ª. fiet Officium ut in diebus infra Octavam S. Laurrentii, cum Lectionibus II & III Nocturni de die Festi, nisi Lectiones alterius diei infra Octavam ejusdem S. Laurrentii impeditæ Officio Dominicæ occurrentis, vel Lectiones diei Octavæ impeditæ occurentiâ Festi Assumptionis, legendæ non essent hoc anno in die propriâ; tunc enim ponentur præfatâ die 15â. Augusti. Item notandum est Lectiones quæ in Breviario ponuntur pro 4ª., 5ª. & 7ª. die infra Octavam Assumptionis, legendas non esse quotannis ubi in Proprio Sanctorum assignantur: diebus autem in quibus fieri debet Officium de Octavâ sinè ullâ Commemoratione, dicuntur primâ die Lectiones quæ sub die quintâ, & alterâ die Lectiones quæ sub die septimâ infra Octavam, in Breviario reperiuntur; Lectiones verò sub quartâ die positæ, leguntur tantùm ubi Officium est de Octavâ cum Commemoratione alicujus Festi simplicis, vel Vigiliæ occurrentis. In die Octavâ Assumptionis fit Commemoratio Dominicæ quæ occurrit, eodem modo quo in die Festi.

Primâ die infra Octavam Assumptionis, non-impeditâ Festo novem Lectionum occurrente in die proprio, Festum S. Joachim, Patris B. M. V. Confessoris. Duplex majus. Omnia ut in Breviario, demptâ Lectione Homiliæ Dominicæ, ac Commemoratione ejusdem. Si autem hâc die nullum occurrat Festum simplex quod propriam Lectionem habeat, ex 8ª. Lectione Officii S. Joachim fiant duæ lectiones, 8ª. nempe & 9ª.; quarum 8ª. ante hæc verba, *Quæ cùm ita sint*, finiatur.

N. B. *Ordini supradicto subjacent Ecclesiæ quarum Titulus est Assumptio B. M. V. vel Festum S. Joachim, sicut & cæteræ hujus Diœcesis Ecclesiæ.*

25 Augusti, S. Ludovici, Confessoris, secundi Titularis Cathedralis Ecclesiæ. Duplex majus. In I Nocturno Officii, Lectiones *de Libro Ecclesiastici, Beatus vir, &c.* ut in Communi 2°. loco. Ad Missam, *Credo.*

Feriâ quintâ quæ prima occurrit post diem 29 Augusti, Festum divini Sacerdotii D. N. J. C. & omnium SS. Sacerdotum & Levitarum. Duplex primæ classis, sinè Octavâ. Officium & Missa, quæ sunt *ad libitum*, ut in proprio codice. Ad Missam, Præfatio *Quia per incarnati Verbi, &c.* ut in Nativitate Domini.

1 Octobris, S. Remigii, Episcopi & Confessoris. Duplex.

Dominicâ quæ est proximior diei 22æ. Octobris, Festum B. Mariæ de Victoriâ. Duplex majus. Omnia ut in Festo SS. Nominis ejusdem B. Mariæ, exceptis quæ sequuntur. Sub fine Antiphonæ ad *Magnificat* in primis Vesperis, et in Responsorio 7°. ad Matutinum, dicitur *tuam sanctam festivitatem.* In Oratione, omittitur *Nomine et.* Lectiones II Nocturni, *Hilarem video, &c.* ut in die Octavâ Nativitatis B. M. V. In III Nocturno, Homilia in Evangelium *Loquente Jesu, &c.* ut in Solemnitate Rosarii. 9ª. Lectio ex Homiliâ Dominicæ occurrentis, cum Commemoratione ejusdem in utrisque Vesperis & Laudibus. Ad Missam, dicitur Evangelium ut in Solemnitate SS. Rosarii.

FESTA

De quibus nihil fit in Diœcesi *Quebecensi, quamvis sint de præcepto in* **Breviario Romano-Gallico.**

24 Aprilis, S. Fidelis à Sigmaringa, Martyris. Duplex.

16 Junii, S. Joannis-Franciſci Regis, Confeſſoris. Semiduplex.

25 Junii, S. Gulielmi, Abbatis. Duplex.

18 Julii, S. Camilli de Lellis, Confeſſoris. Duplex.

20 Julii, S. Hieronymi Æmiliani, Confeſſoris. Duplex.

21 Auguſti, S. Joannis-Franciſcæ Fremiot de Chantal, Viduæ. Duplex,

27 Auguſti, S. Joſephi Calaſanctii à Matre Dei, Confeſſoris. Duplex.

18 Septembris, S. Joſephi à Cupertino, Confeſſoris. Duplex.

20 Octobris, S. Joannis Cantii, Confeſſoris. Semiduplex.

N. B. *De Feſtis quæ ponuntur* ad libitum *in uſu Romano, nihil fit in hâc Diœceſi, exceptis Feſtis S. Canuti, Martyris, Semid. (19 Januarii) & S. Laurentii-Juſtiniani, Epiſcopi & Confeſſoris, Semid. (5 Septembris) de quibus dicitur Officium juxta Decreta Sacræ Rituum Congregationis, 2 Decembris* 1673 *&* 24 *Januarii* 1682 *edita, & à Summis Pontificibus confirmata.*

VIDIMUS & PROBAVIMUS, Quebeci, 8â. Februarii, 1805.

† PETRUS EP. QUEBECENSIS.

Quod atteſtor.

J. J. Lartigue, Ptre. Secr.